MALVEZZI
DE' MEDICI
BIBLIOT. F BOLOGNA
56\54

56/54

56/54

HINNI

Da Cantarſi in occaſione della Proceſſione, che ſi fà nel ritornare il Sagro Capo

Del Glorioso Protettore

S. PETRONIO

A S. STEFANO

Il Giorno della ſua Feſta.

In Bologna per Coſtantino Piſarri ſotto le Scuole. 1730.

Con licenza de' Superiori.

UT via Cœlum facili teneres,

Sancte PETRONI, procul à Paternis

Sedibus, Ni li peragrata curſu

An tra petiſti.

Alloqui Sanctos tibi cura Patres,
Corpus & victu tenui domare,
Et Sacris almæ documenta vitæ
Tradere chartis.

Impulit magnæ pietatis ardor,
Celſa te Chriſti juga preſſa plantis
Viſere & Cœlum puer unde lumen
Hauſit amatum.

Nec ſemel juvit tepidis rigare
Lachrymis ſanctum Domini Sepulchrum,
Quæque Divinum tetigere Corpus,
Saxa vereri.

Nunc tuas multo veneramur aras
Thure ſolemnes, ferimuſque Cœlo
Hìc ubi vita frueris beata
Carmine laudes.

Præſulem quiſquis ſolio ſedebit
In tuo, lectos, famulos, patreſque
Supplices, per te Deus, atque alumnam
Proſperet Urbem.

Hoc pius præſtet Pater, atque Natus,
Quique procedens ab utroque Sanctus
Spiritus, mira bonitate cunctum
Temperat Orbem. Amen.

Neſtoriana nuncius
Ab uſque Thracum littore
De peſte miſſus, tu Chriſti
Vicem gerentem conſulis.

Edoctus ille ſomniis,
Nil cogitantem te Gregi,
Noſtris rogatus Patribus,
Bononienſi præficit.

Relicta tollis protinus
Sectæ Arianæ ſemina,
Cujus profano diruta
Furore templa conſtruis.

Sopita morte corpora
Virtute Chriſti ſuſcitans,
In ſepta cujus aurea
Oves reducis devias.

Te noſtra ſupplex Civitas
Colit, rogatque luminum
A Patre nobis impetres
Remiſſionem criminum.

Rogamus inde te Pater,
In veſte pura ſupplices,
Tuo dicatam nomini
Ædem benignus aſpice.

Tu ſacra, tu noſtras preces,
Tu vota præſens accipe,
Peſtem, famemque, & prælia
Noſtris repelle finibus.

Tu Civitatem candidæ
Innecte pacis vinculo,
Sancto fruens ut ocio
Se tota Chriſto dedicet.

Sit Trinitati Gloria
Deo Patri, atque Filio,
Cum Spiritu Paraclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

BIBLIOTECA COMUNALE DELL'ARCHIGINNASIO

AUdi Re demptor optime

Ti bi preces quas fundimus

Et quas tu o PE TRONIO

Laudes canentes dicimus.

Neſtoriana nuncius
Ab uſque Thracum littore
De peſte miſſus, tu Chriſti
Vicem gerentem conſulis.

Edoctus ille ſomniis,
Nil cogitantem te gregi,
Noſtris rogatus Patribus,
Bononienſi præficit.

Relicta tollis protinus
Sectæ Arianæ ſemina,
Cujus proſano diruta
Furore templa conſtruis.

Sopita morte corpora
Virtute Chriſti ſuſcitans,
In ſepta cujus aurea
Oves reducis devias.

Te noſtra ſupplex Civitas
Colit, rogatque luminum
A Patre nobis impetres
Remiſſionem criminum.

Rogamus inde te Pater,
In veſte pura ſupplices,
Tuo dicatam nomini
Ædem benignus aſpice.

Tu ſacra, tu noſtras preces,
Tu vota præſens accipe,
Peſtem, famemque, & prælia
Noſtris repelle finibus.

Tu Civitatem candidæ
Innecte pacis vinculo,
Sancto fruens ut ocio
Se tota Chriſto dedicet.

Sit Trinitati Gloria
Deo Patri, atque Filio,
Cum Spiritu Paraclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

115209